

## Order of Saint Lazarus: Primary sources

---

Louis VI, king of France. Donation document made out to the 'beatis pauperibus Sancti Lazari .... in eadem ecclesia Caciasensis' dated 1112. Extract of the titles relating to the duchy d'Orleans.

- Transcribed in: Pièces Justificatives [doc. no. 26] in Gautier de Sibert. Histoire des Ordres Royaux, Hospitaliers-Militaires de Notre-Dame du Mont Carmel et de Saint-Lazare de Jérusalem. Imprimerie Royale, Paris, 1772, p.lxi-lxii.
- Transcribed in: Charles Savona-Ventura. The Order of Saint Lazarus in the Holy Land. Grand Priory of the Maltese Islands - MHOSLI, Malta, 2011.

1112 Paris [?]	Louis VI the Fat	Charter made out to the Hospital of Saint-Lazare-lés-Orléans in the year 1112.
-------------------	------------------	--

*IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Ego Ludovicus, Dei gratiâ, Francorum rex. Constat apud omnes, quos veritatis intellectus illustrat, quia cuncta quae in mundo sunt, nisi chirographi memoria recensentur, humanae levitatis incuria vel fere vel penitus ad nihilum deduci cognoscuntur. Necessarium igitur ac fas utile ducimus, ut ea saltem quae digna memoriae agimus, ne penitus irrita siant, Litterarum memoriae commendemus. Universis itaque Sanctae Matris ecclesiae cultoribus, tam posteris quam instantibus, certum haberi volumus, quia de via universae carnis sollicitus, immo de salute animae nostrae (prout ratio postulat) excogitans, ecclesiam de Caciaco, totam videlicet partem nostram, beatis pauperibus Sancti Lazari nominatis, quemadmodum in proprio habebamus, ita modis omnibus donavimus. Illud etiam non tacendum, verum multis modis in memoriam reducendum, judicamus, quia praelibati pauperes, Fratres nostri, in eadem ecclesia Caciasensis (salva tota reverentia Aurelianensis ecclesie) Sacerdotem imponere non timebunt: praeterea subscribimus, quia unam carrucatae terrae, quantum videlicet carruca una suis temporibus excolere valuerit, apud Arilerias libere possidendam donavimus & habendam: cunctis denique ministerialibus atque fidelibus nostris fideliter innotamus, quoniam boscos nostros, silvas videlicet quos vocamus, suprascriptis fratribus ad usus proprios, hospitandum videlicet atque incendendum locis omnibus, concessimus. Quod, ne in posterum infirmari valeret, Litterarum memoriae commendari, & nostri nominis karaktere & figillo signari & corroborari praecepimus, astantibus in palatio nostro, quorum nomina substitulata sunt & signa.*

## Order of Saint Lazarus: Primary sources

---

Signum ANSELLI, Dapiseri nostri; GUSTEBERTI, Buticularii;  
HUGONIS, Constabularii; WODONIS, Camerarii. Actum Aurelianis, in  
palatio publice, anno Incarnati Verbi millesimo centesimo duodecimo, anno quoque  
consecrationis nostrae septimo.

Data per manum Domini Cancellarii.